e filii tui incarnatione cognovimus. per
passionem eius et crucem ad resurrectionis
gloriam perducamur. Per e. Roberti epi.
Deus qui nos devota beati Roberti co
fessoris tui atque pontificis instan
tia ad agnitionem tui sancti nominis vocare
dignatus es concede propitius: ut cuius
sollempnia colimus: etiam patrocinia
sentiamus. Per. Secreta. Hostiam domine lau
dis tuis altaribus adhibemus quesumus ei tibi
credimus patrociniis commendari. cuius
nos voluisti votis ad tue pietatis pervenire
notitiam. Per. Complenda. Populum tuum domine
quesumus beato Roberto confessore tuo atque pontifice
intercedente pio favore prosequere: et quibus sacra
que sumpsimus, a cunctis adversitatibus
custodi. Per. Dominica in Lxx.
Preces populi tui quesumus domine clementer exau
di: ut qui iuste pro peccatis nostris affligi
mur. pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per.

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 4239, 00000008 – Sacramentarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-t70a/149/2478)